

dumtaxat intuitu conferri decernimus, & mandamus.

Disinembratio emolumentorum.

§.3. Omnes autem prefati Camerariatus Officii fructus, redditus, proventus, regalia, familiaria, jocalia, responfiones, conventiones, aliaque cujusvis generis emolumenta tam ordinaria, quam extraordinaria quocumque nomine nuncupata, & undecumque provenientia, ad Camerarium pro tempore existentem, tam Sede Apostolica plena, quam vacante, quomodolibet pertinentia & ab eo percipi solita, ab eodem Camerariatus officio, salva dumtaxat infra scripta reservatione, harum serie penitus, & omnino disinembramus, ac separamus, & pro disinembratis, ac separatis haberi volumus, & mandamus.

Conferuntur Camerario privilegia omnia, & emolumenta ex sigillo.

§.4. Porro, ut memorati Officii amplitudo ea, qua decet, auctoritate, & honorificentia conservetur, simulque expensarum, ipsi incumbentium necessitati de alicujus subventionis auxilio provideatur, privilegia, facultates prerogativas, preeminencias, antelaciones, exemptiones, immunitates, jurisdictiones, gratias, & Indulta omnia, que Camerario predicto pro tempore existenti tam ex prefatorum Pontificum Predecessorum Nostrorum concessione, quam ex legitima, & approbata consuetudine, aut alias quomodolibet competebant, & quibus Palutius Episcopus Cardinalis, & Camerarius prefatus usus, potius, & gavisus fuit, seu uti potiri, & gaudere debuit, excepta tamen facultate conferendi, seu providendi Officia in prefatis Gregorii Predecessoris literis enumerata, super quibus omnibus, & singulis, eaque in futurum conferendi forma specialiter providere intendimus, salvisque aliis infra dicendis, eidem Camerario pro tempore existenti in omnibus, & per omnia, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus earumdem tenore presentium prefervamus, confirmamus, & innovamus, eique omnia, & quacumque emolumenta ex sigillo ejusdem Officii provenientia, & hactenus percipi solita cum suis honoribus, & oneribus plenarie reservamus, & quatenus opus fit, denuo concedimus, & attribuimus.

Ex aliis emolumentis nonnulla pro Dote d. Aromatariæ assignantur.

§.5. Quoniam vero quemadmodum ab ipso suscepti a Nobis Apostolatus initio pauperum, qui Domini Nostri Jesu Christi personam sustinent, necessitatibus sublevandis, invalidorum Hospitium Apostolicum erigendo, & juxta Prophetæ consilium, egenos vagosque in Domum Nostram inducendo, necnon puerorum, ac puellarum institutioni simul, & indigentia proficiendo Pastoralis Nostræ sollicitudinis ministerium impendimus, ita cæteras, gravesque distæ Urbis necessitates, urgente Nos jugiter Pastoralis officii debito, oblivisci non possumus, propterea miseriam inopum, & gemitum pauperum, presertim infirmitate corporis laborantium, qui ad Nosocomia, quibus eadem Urbs, benedicente Domino abundat, transportari commode nequeant, quantum cum Domino possumus, sublevare volentes, attento quod Palutius Episcopus, & Cardinalis, & Camerarius predictus, qui etiam Archiconfraternitatis Sanctorum Duodecim Apostolorum de Urbe Protector existebat, inter cætera pietatis, & Christianæ Charitatis officia publicam Aromatariam, seu medicamentorum officinam pro pauperibus a similis memorie Francisco, dum vixit, Epi-

scopo Hostiensi, ejusdem S.R. E. Cardinali Barberino nuncupato, distæ Archiconfraternitatis itidem Protectore proprio are primum erectam, instructamque, ac per plures annos usque ad obitum de necessariis provisam, suis pariter sumptibus providebat, & sustentabat; ut tam pii operis firmitati perpetuæ dotis constitutione consultum sit, ex prefatis emolumentis, atque proveniuntibus, ut prefertur, a Camerariatus Officio disinembratis, omnia, & singula, que tam ex massa Collegii Notariorum Camere nostre Apostolicæ, quam ex Collectoris in Regnis Hispania, Lusitania, & Neapolis ac universa Italia vigesima nuncupata, quæque ad rationem duorum, pro centenariis super spoliis, fructibus, & emolumentis omnibus dictarum, & aliarum Collectoriarum ubicumque institutarum, & instituentiarum, ac etiam occasione Decimarum impostarum, & imponendarum quarumcumque, sive subsidiarum eorum loco suppositorum, & supponendorum, Camerario prefato pro tempore obveniebant, & ab eo percipi consueverant, in eo tamen statu, quo de presenti sunt, atque erunt in futurum, itaut ob quamcumque eorum diminutionem quantumvis maximam, atque etiam totalem, & integram deficientem ad ali-quod supplementum Camera predicta nullo unquam tempore teneatur, eidem Aromatariæ, seu Officinæ, sub prefata Archiconfraternitatis, ejusque Prioris, ac Deputatorum pro tempore existentium administratione, earumdem tenore presentium perpetuo donamus, concedimus, & assignamus.

Reliqua vero emolumenta restituuntur Camere cum quadam disinembratioe a Tribunali Viarum.

§.6. Reliquos autem omnes Camerariatus Officii prefati fructus, redditus, ac proventus, ut supra, disinembratos, Camere supradictæ, debitis tamen iisdem annexis, atque antea Camerario predicto ratione fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi incumbentibus oneribus per eam congrue supportatis, motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus, harum serie perpetuo eidem restituimus, reunimus, applicamus, & incorporamus. Ac signanter omnia, & singula emolumenta, seu prestantiones predicto Camerario pro tempore existenti, ex rebus venalibus, seu stationum pro venditoribus locatione, aut alias in Foro Agonali, solitis detractis oneribus, quomodolibet competentia, & ab eo percipi hactenus consueta, que alias per nos dudum edita Constitutione Tribunali, & Magistratui Viarum sub cura pro tempore existentis illarum præsidis restituta, unita, & incorporata fuerant, cum experientia, compertum sit, ex gratis, & concessionibus in eadem Constitutione contentis, & successive diligentiori prefati Tribunalis regimine satis ejusdem necessitatibus esse consultum, prævia eorumdem emolumentorum ab eodem Tribunali, ac Magistratu, & quatenus opus sit, nova etiam a prefato Camerariatus Officio disinembratioe, necnon ante distæ Constitutionis Nostræ hac in parte dumtaxat derogatione, cæteris omnibus in eadem Constitutione dispositis, ac presertim Jurisdictione Tribunalis ejusdem, necnon facultate locandi, de consensu tamen Commissarii Generalis memoratæ Camere pro tempore existentis in suo robore permanentis eidem Camere Nostræ perpetuo pariter unimus, annectimus, & incorporamus.

§.7. Decernentes easdem presentes literas, Clausula, & in

& in ea contenta quæcumque etiam ex eo, quod prefati Præses, & Magistri Viarum, seu alii ejusdem Tribunalis, ac Magistratus Officiales, & alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes, eisdem præmissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, tamen si suorum Indultorum seu Privilegiorum vigore consentire, vocari, seu audiri semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quacumque quantumvis juridica, privilegiata causa, de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus alioque quocumque etiam quantumvis magno, formali, & substantiali defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in Jus vel controversiam revocari, ad terminos Juris reduci, seu adversus illa aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, nullatenus posse: sed semper & perpetuo valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque, & quomodocumque spectabit, inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate, præminentia, & potestate fungentes, & functuros, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Eccl. Camerarium, & alios Cardinales, etiam de Latere Legatos, distæque Camere Præsidentes Clericos, & alios Officiales, & Ministros quoscumque, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; irritum quoque & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Non obstantibus quoad ea, que presentibus advertantur, predictis Gregorii Predecessoris, & Nostris super confirmatione, & concessione facultatum Magistratus Viarum Literis, & quatenus opus sit de Jure quæsito non tollendo, aliisque Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, necnon felic. record. Symachi, Pauli II. Pauli IV., necnon aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Predecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiæ, & Camere prefatæ non alienandis, & male alienatis recuperandis, aliisque non obligandis, ac rec. Mem. Pii Papæ IV. similiter Predecessoris de gratis qualecumque Camere Apostolicæ interesse concernentibus in dista Camera intra certum tempus presentandis, ac registrandis; itaut presentes Literas ibidem presentari, aut registrari nunquam necesse sit, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac distæ Camere, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, regulis, & consuetudinibus, ac Decretis etiam Camera libus, & Concistorialibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, ejusdem Camerario, Camere, Tribunali, Magistratui, & Officialibus prefatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, & potestatis plenitudine similibus, aut alias quomodo-

libet per Nos, & Romanos Pontifices Predecessores Nostros in contrarium eorumdem præmissorum concessis, ac etiam pluribus confirmatis, & innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur. iisdem presentibus pro plene, ac sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum harum serie specialiter, & expresse, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostram suppressionis, disinembratiois, præservatiois, confirmationis, reservationis, concessiois, applicationis, incorporationis, intentionis, Decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ MDCXCVIII. quarto Idus Augusti Pontificatus Nostri Anno Octavo.

CLXII.

Reformantur Constitutiones Clem. VIII, & Pauli V. super regimine S. Domus, & Civitatis Laurentianæ.

Dat. 20. Aug. 1593. An. 8.

Constitutio Clem. VIII edita fuit 1524, Jan. 13, P. 1. Et Const. Pauli V. ar. 1620, Jul. 16, P. 16. Hujus Pontificis Const. edita 1693, Nov. 10, P. 3. vultum fuit gubernium Terrarum Civitatis Vetus, Bened. XIII Const. edita 1721, Sep. 13, P. 1. conceditur Custodi S. Sepulchri facultas conferendi Sacramentum confirmationis. Et Const. edita 1726, Octobr. 19, P. 3. agitur de Locumtenente Generali Ravennate.

INNOCENTIUS PAPA XII.

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sacro sancta Redemptionis humanæ Mysteria quibus, & Christianæ Religionis primordium, & universæ per Orbem Ecclesiæ dignitas, & ipsa Romani Pontificis Christi Vicarii Apostolica celsitudo confurgit, quemadmodum ad intimum doloris sensum ex Sanctorum locorum, in quibus ea Dominus Noster operari dignatus est, sub infidelium tyrannide gentium consideratione Nos provocant; jamdiu enim est, quod venerunt gentes in hereditatem Domini, polluerunt Templum Sanctum ejus, & polluerunt Civitatem Sanctam Jerusalem in opprobrium, & directionem: ita ad Sacra ejusdem Redem-

Exordium 2. cunctis huius Constitutionis partibus.

aut Communitas, & homines prefate Civitatis Nostrae Lauretanæ, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes, eisdem non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis de causa, quantumvis legitima, & juridica, de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, vel in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, nullatenus posse; sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & ab eis ad quos spectat, & in futurum spectabit inviolabiliter, observari: Sicque, per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de Latere-Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & defini debere; irritum quoque, & inane, si secus super omnibus, & singulis præmissis, vel circa ea a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Non obstantibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, præmissis Clementis, & Pauli prædecessorum hujusmodi, & aliis quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Synodalibus, & Provincialibus, & universalibus Conciliis editis, innovatis, & confirmatis, Nostraque de jure quæsito non tollendo, aliisque Cancellariæ Apostolicæ Regulis, ac dictarum S. Domus, & Ecclesiæ, & Civitatis Lauretanæ, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliorboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, Indultis Sanctæ Domini præfate, illiusque Protectori pro tempore existenti concessis, & quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, necnon etiam ceteris omnibus, & singulis, quæ in præsertis Literis ipsi prædecessores voluerunt minime ob stare. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & inferrentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes ad effectum præsentium, illis alias in suo robore permanentibus harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ moderationis, confirmationis, exemptionis, suspensionis, erectionis, concessionis, declarationis, reservationis, Decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sex-

centesimo nonagesimo octavo. Quarto Idus Augusti Pontificatus Nostri Anno Octavo.

CLXIII.

Confirmatur Concordia circa divisionem Conventuum, & alternativam Officiorum inter FF. Provinciam Narbonæ, & Burgundiæ Ord. Erem. S. Augustini.

Dat. 19. Aug. 1698. An. 8.

Inn. XI Const. ed. 1678, Jan. 26, P. 2 agitur de alternativa in Provincia Quitem. Et Clem. XI Const. ed. 1704, Apr. 19, P. 4 de alternativa in Provincia Portugallia.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Redemptoris, & Domini nostri Jesu Christi, qui veritas est, & Deus pacis, vices licet immeriti, gerentes in Terris, ea, quæ inter Christianifideles quoscumque, ac præsertim Divinis obsequiis sub suavi Religionis jago mancipatos, quos potissimum in fraternæ charitatis quiete vota sua Altissimo reddere decet, amabilis concordie studio provide, prudenterque conventa esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata persistant, Apostolici muniminis nostri præsidio, cum a nobis petitur, libenter constabilimus.

Exordium

§.1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provincie Narbonæ, & Burgundiæ Ordinis Eremitarum S. Augustini, quod cum dicta Provincia sub nomine Religiosorum, Narbonensium, & Burgundorum in contraria studia scinderetur; Ipsi exponentes, quo controversiis inter eos inde exortis, quæ a quatuor circiter annis Provincie prædictæ quietem perturbabant, finis imponeretur, paxque, & tranquillitas eidem Provincie restitueretur, ac restituta stabiliretur, cura, & opera Venerabilis Fratris Moderni Archiepiscopi Lugdunen. ad conventionem, seu Concordiam (reservato tamen desuper nostro, & Apostolicæ Sedis beneplacito) inter se devenerunt, per quam videlicet in primis quinam Provincie hujusmodi Conventus intra Narbonæ, & quinam intra Burgundiæ limites continentur, ac deinde circa alternativam inter Fratres Narbonenses, & Burgundos præfatos quoad officia ipsius Provincie perpetuo servandam sub diversis Capitulis, & conditionibus conventum fuit, prout continetur in scriptura desuper emanata tenoris, qui sequitur videlicet:

Causæ d. Cæcordiæ.

§.2. Infrascripti Religiosi Provincie Narbonæ, & Burgundiæ Ordinis S. Augustini, Patres scilicet Vincentius Ladet Sacre facultatis Parisien. Doctor Theologus, & ejusdem Provincie Provincialis, Andreas Bepel pariter Doctor Parisien. & Conventus Lugdunen. Prior, Jacobus Massabuon Baccalaureus in Theologia, & dictæ Provincie Diffinitor ex una parte Procuracionem habentes a Superioribus Partis Narbonæ; Et Patres Hyacinthus Ducasifere Doctor Theologus, & primus Diffinitor, Emmanuel le Bon Doctor Parisien. & pariter Diffinitor, Nicolaus de Montal Doctor Theologus, & primus Visitator, ex alia pariter parte Procuracionem habentes a Superioribus partis Bur-

Concordia inita an. 1697

Burgundiæ per admodum R.P. Carolum de Bricard Commissarium Generalem congregati juxta ordinem ipsi datum ab Illmo Archiepiscopo Lugdunen. super futuri Capituli celebratione die 23. Mensis Augusti anni 1697. coram Domino Archiepiscopo in suo Palatio Archiepiscopali de sequentibus Articulis convenerunt. Primo, quod intra limites Partis Narbonen. contineantur, & includantur Conventus Monspeulanus, Biteren., Narbonen., Montaniacen., Nemaufen., Perpiniacensis, Voltenis, S. Ginnesti, Morologienis, Sancti Romani a Terno cum titulis Priorum Podifferratenis, & Tononenis, & quod intra limites Partis Burgundiæ contineantur, & includantur Conventus Lugdunen., Cremiacen., Secilienis, Sancti Petri Albiniacensis, Turrigenis, Sancti Amoris, Molvelliensis, Moretelliensis, Bellipariensis, Gannatenis, Eneziacensis, Monsrevelensis, Pignerolenis cum titulo Prioris Conventus Genevensis. Hoc ita disposito ad stabilendam pacem, & concordiam in supradicta illorum Provincia, & finem tandem imponendum jurgis a quatuor circiter annis ibi durantibus, utrique Partium de Alternativa in perpetuum servanda in ipsorum electionibus convenerunt eo modo, quo sequitur: Primo, quod Provincialis alternis vicibus eligatur in Capitulo uniuscujusque dictarum partium, & casu quo officium suum, vel morte præventus, vel aliquo alio impedimento, absolvere non possit, Rmo P. Generalis deputabit Rectorem Provinciam ejusdem Partis usque ad futurum Capitulum Provinciale. Secundo, quod pars illa, quæ Provinciale non habebit, Vicarium Provinciale habebit suæ nationis in ea commorantem, qui a Capitulo eligetur. Tertio, quod Provincialis in proximo Capitulo eligetur ex parte Burgundiæ. Quarto, quod Vicarius Provincialis inquiret de culpis in Conventibus partis suæ commissis, quibus provisionaliter providebit, & post factas, & observatas juris formalitates, vel Processus transmittere ad Provinciale, qui una cum Patribus sui Diffinitorii judicabit secundum formam Constitutionum, habita ratione criminum, vel observabit Visitationem Provincialis. Dicitur vero Vicarius Provincialis jus non habebit visitandi suæ Nationis Conventus, nisi expressam habeat commissionem a Patre Provinciali, ut autem dictus ille Vicarius Provincialis possit esse de corpore Diffinitorii, absque eo, quod augeatur numerus novem Patrum Diffinitorii, eligetur ad hoc officium unus de duobus Diffinitoribus illius partis, ad quem pertinebit habere Vicarium Provinciale. Quinto, quod Diffinitorium erit semipariturum, duo scilicet Diffinitores cum uno Visitatore ex parte Burgundiæ. Sexto, quod Præfatus Capituli imposterum postulabitur a Rmo P. Generali per Provinciale pro tempore existentem, & sit alternativum. Septimo, quod dictus Provincialis Decreta generalia pro tota Provincia condere non poterit, nisi de participatione totius Diffinitorii, & Vicarii Provincialis. Octavo, Superiores Locales, sicut, & alii Officiales subalterni non eligentur pro Conventibus Burgundiæ, nisi qui sunt ex illa parte, sicut pro Conventibus Narbonæ, qui sunt pariter ex illa parte. Nono, quod omnes Religiosi remaneant in Conventibus suæ Na-

De divisione Conventuum

De alternativis Officiis, & quibusdam aliis.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

tionis, nec poterunt cogi remanere in Conventibus alterius Nationis, nisi quando id postulerint, vel invenerint benevolos receptores, & habuerint consensum Patris Provincialis. Decimo, quod Religiosi extranei extra gremium Provincie nati censentur esse de Conventibus, quorum sunt professi, sicut, & illi, qui nati in Civitatibus Provincie censentur esse ex illa parte, in qua nati sunt, & in quantum opus est, illos Provincia per præfens concordatum, tamquam filios admittit. Undecimo, quod Diffinitor pro Capitulo Generali deputandus, erit eligendus ex illa parte de qua non erit Provincialis, discretus e contra erit ex parte Provincialis. Duodecimo, quod in unaquaque parte designabitur Conventus pro Novitiatu, in quo non admittentur ad habitum Novitii, nisi secundum exigentiam Conventuum uniuscujusque partis. Decimotertio, quod qui fuit semel electus in Provinciale, numquam poterit iterum eligi, nisi fuerit virtutis, & meriti omni exceptione majoris, & a tota Provincia, nullo contradicente, postulatus. Decimoquarto, quod Capitulum Provinciale celebrabitur alternativam in prædictis duabus Partibus. Decimoquinto, quod tam duo loca affiliatorum, quæ modo vacant in majori Conventu Parisiensi, quam quæ imposterum vacabunt, alternis vicibus replebuntur per utramque partem supradictam. Decimo sexto, conventio facta fuit sub beneplacito Illustriss. Archiepiscopi pro bono pacis, & ad eradicandam omnem dissidiorum materiam, quæ oriri possent ex expensis factis, lites motæ cessabunt, & tanquam non factæ habebuntur, absque eo quod quisquam de illis expensis possit esse requisitus, ea tamen lege, quod præfens compromissum bona fide executioni mandabitur, & Romæ confirmabitur, alioquin uniuscujusque remanebit in jure suo insequendi, prout sibi videbitur expedire. Decimo septimo, quod Partes supranominatæ, & coram Illustrissimo Archiepiscopo congregatæ, reciprocè promiserunt, & promittunt acceptare, sicut, & de facto acceptant præsentem alternativam contractum secundum omnes suos Articulos, adstringentes se illum pro rato habendum esse in proximo Capitulo ab omnibus uniuscujusque Partis vocalibus, qui ad nullam electionem procedere valebunt in dicto Capitulo, quin prius ratum habuerint præfens concordatum, quod nec rejicere, nec recusare poterunt; nisi optione divisionis ex parte Narbonæ. Decimo octavo, denique postquam utrique Burgundi scilicet, & Narbonenses, supradictos alternativæ Articulos admiserunt, & gratis Illustriss. Archiepiscopo Lugdunen. præhabitis pro suo efficaci mediatoris officio, illum enixe rogant a Reverendis P. Generali per literas invitatum, omnibus illius Provincie procellis suam imponere, ut præfens concordati coram illo, ejusque Consilio auctoritate, & prudentia transacti dignetur procurare nedom confirmationem Reverendis P. Generalis Ordinis, verum etiam & Decretum Eminentiorum Sacre Congregationis Cardinalium, imo & Breve Apostolicum. actum, & conclusum in Palatio Archiepiscopali Lugduni die, & anno quibus supra.

§.3. Quare Exponentes prædicti nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

Preces Provincie.

demptionis Nostrae monumenta, quae divina largiente gratia, sub Christianorum potestate, ac potissimum sub temporali S.R.E. ditione reperiuntur, eo studiosius, custodienda, atque impensius veneranda Pontificiam nostram solitudinem excitant, & impellunt. Sane cum Sacrum illud cubiculum, seu Sanctam Domum Lauretanam nuncupatam, ubi primum gloriosissima Dei Genitrix, ac semper Virgo Maria, quasi Aurora confurgens praecleara. Nativitate sua gaudium annuntiavit universo mundo, ac ubi Unigenitum Dei Filium S. Spiritus obumbratione concepit, insigni miraculo, ac Angelorum ministerio ad Piceni nostri Provinciam, transportatum universus Christianus Orbis veluti primum tabernaculum Dei cum hominibus jam a pluribus saeculis veneretur in terris, & Omnipotens de Coelis Deus assidua miraculorum frequentia illustrare non cesset; Nos erga tam Sacrosanctam Domum mentis Nostrae aciem simul, & cordis effectum convertentes in eam libentissime curam incumbimus, ut remotis iis, quae dissidia, & offensiones parere quoquo modo possent, felici, prosperoque praefatae Sanctae Domus, & Lauretanae Nostrae, quae velut in atriis ejusdem Domus Domini posita est, Civitatis regimini, Romanorum etiam Pontificum praedecessorum Nostrorum alias desuper editis Constitutionibus, ubi opus fuerit, reformatis, & immutatis, Apostolica providentia consulamus.

§.1. Alias siquidem plures Romani Pontifices praedecessores nostri ob eximium Religionis zelum, atque in Deiparam Virginem devotionis affectum quamplurimis eandem S. Domum privilegiis, Indultis, gratis, & praerogativis condecorarunt, & signanter fel. rec. Clementis Papa VII. praedecessor noster inter caetera Castrum Lauretanum, ejusque habitatores cum omnibus juribus, & pertinentiis suis cura, gubernio administrationi, & regimini cum mero & mixto imperio, & gladii potestate Commissario, seu Protectori dictae S. Domus submitit, & demandavit; ac novissime rec. me. Paulus PP. V. etiam praedecessor noster volens diversis litibus, & contentionibus, quae inter Episcopum Lauretanum, & Protectorem praefatae Domus exortae fuerant, & oriri possent in posterum obviare, utque eadem S. Domus Lauretana, ejusque officiales, & Ministri quicumque, necnon bona, res, & jura ad eam pertinentia melius, & facilius gubernarentur, eidem S. Domui, seu Sancto Cubiculo Lauretano solum, seu pavimento, tam ejusdem S. Cubiculi, seu S. Cappellae, quam circumcirca usque ad Columnas, & Scalas inclusive contentum, in Territorium proprium, distinctumque, & separatim nullus Dioecesis, in quo de caetero solus ejusdem S. Domus Protector pro tempore existens, ejusque Gubernator privative quoad Episcopum Lauretanum, etiam si S.R.E. Cardinalis existeret, jurisdictionem omnimodam, & quasi Episcopalem habere, & exercere possit perpetuo constituit, & assignavit; ipsamque Domum, seu Capellam Magnam, & parvam nuncupatam, ac pavementum, & Territorium praedictum, ejusque Gubernatorem, Officiales, Ministros, & quoscumque alios tam Laicos, quam Clericos, & Regulares eidem S. Domui, seu Capellae, ejusque bonis quomodolibet inservientes, necnon eorundem Officia-

A Clem. VII. Castrum Lauretanum sub jectum fuit Procuratori S. Domus.

A Paulo V. concessa fuit d. Protectori jurisdictione qua si Episcopalis in S. Domum, ejusque bona, & personas.

lium, Ministrorum, aliorumque inservientium familias, Servitores, & famulos, & quoscumque cujusvis generis, conditionis, & praerogativae Peregrinos ad eandem S. Capellam, seu Ecclesiam Lauretanam confluentes, necnon ejusdem S. Domus Palatia, aedificia, possessiones, & praedia quaecumque, & reliqua bona, tam stabilia, quam mobilia, & se moventia ubicumque existentia, suppellectilia etiam pretiosa, pecunias, elemosynas, donationes, & quaecumque relicta ab omni, & quacumque Episcopi Lauretani Superioritate, & jurisdictione, dominio, ac potestate perpetuo, plenissime, penitus, & omnino exemit, & liberavit, ac sub Beati Petri, & Sedis Apostolicae protectione speciali suscepit; omnimodamque jurisdictionem Ecclesiasticam, & Spiritualem, & quasi Episcopalem in praefatam S. Domum, ejusque Territorium, Ministros, Officiales, aliosque inservientes, ac Peregrinos, resque, bona, ac jura praedicta eidem pro tempore Protectori subjecit, & adjudicavit, variis eidem Protectori tam circa Vicarii, Curati deputationem, quam circa dimissorialium Literarum concessionem, aliaque quamplurima privilegiis, & facultatibus attribuit, prout in praefatorum Clementis in forma Brevis sub die 13. Januarii 1524. Pontificatus sui Anno Primo, & Pauli praedecessorum sub plumbo Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo pridie idus Julii, Pontificatus sui Anno Decimosesto respective expeditis Literis uberius continetur.

§.2. Nos vero provide considerantes ex hujusmodi forma regiminis non eam, quae sperabatur, utilitatem provenisse, quin potius experientia, & quamplurimum ad Apostolatum nostrum perlatis querelis, atque recuribus certiorum effecti, imminuta nimis Episcopi potestate, disciplinam Ecclesiasticam paulatim dissolvi, necnon Cleri, populi que mores, aucta exemptorum multitudine, relaxari, non sine frequentibus Praelatorum, ac Subditorum perturbacionibus, itaut, quod alias in praefata S. Capellae decus, & commodum ab iisdem Clemente, & Paulo praedecessoribus salubriter constitutum fuerat, jam temporum varietate, ac fortasse hominum malitia in ejusdem noscatur vergere detrimentum, habita super his cum nonnullis Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus, & dilectis Filiis Romanae Curiae Praelatis deliberatione matura, praefatas praedecessorum Literas, earum tenores etiam veriores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione ad formam, & terminos infra exprimentos moderamus, reducimus, restringimus, & immutamus.

§.3. Ac primo quidem cupientes praefata S. Capellae, seu Domui, ubi Verbum caro factum est, praerogativam omnem, decus, & honorificentiam conservari, nec ulla ex parte imminui, quin potius uberius gratis, & privilegiis amplificari; diligimus enim decorum Domus Dei, & quam maximam possumus gloriam Nomini ejus asserere satagimus in Aula Sancta ejus; eidem Sanctae Domui Territorium proprium, ac separatim, atque ab omni Ordinarii jurisdictione exemptum, & quasi Episcopale in

Cause hujus Constitutionis.

Reformatio Constitutionis Clem. VIII. & Pauli V motu proprio facta.

Confirmatur privilegia S. Domui a Paulo V concessa.

praefatis Pauli PP. V. praedecessoris Nostrae litteris assignatum tenore praesentium confirmamus, & approbamus, idemque Territorium unacum omnibus praefatae S. Domus Ministris, & Officialibus, aliisque personis ei quomodolibet inservientibus, vel ad eam ex qualibet Mundi parte devotionis gratia confluentibus, ejusque quibuscumque ubilibet existentibus, ad formam praefatarum Pauli praedecessoris Literarum, ab omni, & quacumque Ordinarii jurisdictione; iterum, ac plenissime, & penitus eximentes, praefato Protectori, quod per obitum bo. mem. Palutii dum vixit Episcopi Portuen. S.R.E. Cardinalis de Alteris nuncupati de praesenti vacat, Officio, dignitate, titulo, ac denominatione perpetuo suppressis, ac prorsus de medio sublatis, sub Beati Petri, nostraque, & Sedis Apostolicae speciali, & immediata protectione suscipimus.

Abolitio Officii Protectoris S. Domus.

Conceditur omnis jurisdictione in S. Domum, & Civitate Congregationi Lauretanae nunc erectae.

Facultates Congregationis.

Qua uti debet ministerio Episcopi, & Gubernatoris eligendi.

§.4. Omnem vero, & quacumque jurisdictionem tam Ecclesiasticam, & Spiritualem, ac quasi Episcopalem, quae in eandem S. Domum, ejusque Territorium, Officiales, Ministros, Peregrinos, ac bona praedicta, quam Saecularem, sive Laicalem in Communitatem, homines, & Civitatem Nostram Lauretanam, ejusque Comitatum, atque Districtum, ut supra Protectori pro tempore S. Domus ejusdem, sive ex praefatis Clementis, ac Pauli, sive aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum Constitutionibus, Indultis, privilegiis, aut alias quomodolibet competebat, quandoquidem ei Romani Pontifices per se ipsos, Apostolica servitutis curis, & omnium Ecclesiarum sollicitudine praegravati, vacare non possunt, exerceri in posterum statuis, & mandamus per Congregationem nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium, necnon dilectorum Filiorum Romanae Curiae Praelatorum, Lauretanam nuncupandam, quam ad hunc effectum tenore praesentium erigimus, instituis, & specialiter deputamus. Eidemque Congregationi, ut semel, & pluries, & quoties sibi videbitur, & placebit quaecumque statuta, & ordinationes pro felici praedictae Sanctae Domus, ejusque Bonorum, ac personarum eidem inservientium regimine, Sacris tamen Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis non adversantia, & signanter quoad numerum Ministrorum, & Officialium ejusdem Sanctae Domus, privilegiis, & exemptionibus gaudentium quem per eandem Congregationem omnino reformari, & ad solos necessarios restringi volumus ab omnibus, ad quos pertinet inviolabiliter observanda condere, edere, & publicare, illaque mutare, alterare, corrigere, & emendare, prout in Domino salubriter expedire cognoverit, concedimus, & indulgemus. Quo vero praefatarum S. Domus, & Civitatis regimen, melius, distinctius, omnique quantum fieri potest, litium, & contentionum remoto periculo administraretur, omniaque honeste, & secundum ordinem fiant, volumus, & mandamus, ut Congregatio praefata, in spiritualibus quidem, quae scilicet ad Ecclesiae cultum, Chori servitium, Divinorum celebrationem, Animarum curam, Sacramentorum administrationem, morum correctionem, aliaque hujusmodi pertinent Episcopi Lauretani pro tempore existentis, tanquam Sedis Apostolicae Delegati; in iis vero, quae quorumcumque bonorum ejusdem S. Capellae temporalem administrationem, necnon dictae Civitatis Lauretanae, ejusque Comitatus, atque districtus tam in Causis civilibus, quam criminalibus, seu mixtis gubernium saeculare concernunt, Romanae Curiae Praelati, in Gubernatorem a Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice deputandi, opera, & Ministerio uti debeat. Ac propterea tam Domorum, aedificiorumque omnium fabricam, & mantentionem, quam suppellectilium cujuscumque generis, paramentorum, gemmarum, aliorumque jocalium, quae sub thesauri nomine nuncupantur, necnon elemosynarum, & largitionum, quarumlibet custodiam, atque etiam Montis Pietatis, nosocomii, hospitii, & triclirii pro pauperibus Peregrinis superintendentiam Gubernatoris praefati cura committenda esse, Ministros vero supradictis locis, rebusque inservientes, si Clerici fuerint, in concernentibus dumtaxat eorum Ministerium Gubernatoris praefato, in reliquis autem Episcopo Lauretano tanquam Sedis Apostolicae Delegato, Organidam demum, Cantoresque quoscumque ejusdem Sanctae Domus, quoad correctionem morum, Ecclesiaeque servitium Episcopo, in ceteris Gubernatori subesse debere decernimus, & declaramus.

Esque conceditur superintendencia.

§.5. Quoniam vero nonnullae Ecclesiae, seu Beneficia, etiam curata praefatae S. Domui, seu Capellae unita, annexa, vel ab ea dependentia non in Lauretana solum, sed in quampluribus, etiam aliis Dioecibus reperiuntur; ut earumdem Ecclesiarum, Beneficiorumque bono regimini, rectaeque administrationi consultum sit, easdem Ecclesias, earumque Rectores, aliosque Ministros quoscumque Episcoporum, aliorumque Ordinariorum, in quorum respective Dioecibus sita sunt, tanquam Sedis Apostolicae Delegatorum jurisdictioni, vilitationi, & correctioni, sub Congregationis tamen ut supra a Nobis rectae regimine, & omnimoda dependentia subesse volumus, & mandamus: idemque prorsus quoad omnes, & singulos Colonos, sive Officiales ejusdem S. Domus extra Dioecesium Lauretanam ubilibet existentes, ad debitum tamen numerum, ut supra reducendos, servari statuimus. Beneficia autem praedicta, & alia quaecumque cum cura, & sine cura, saecularia, & quorumvis Ordinum Regularia, qualitercumque qualificata, & ubicumque existentia, quae ad collationem, provisionem, praesentationem, electionem, & quamvis aliam dispositionem praefatae S. Domus pro tempore Protectoris quomodolibet pertinebant, ordinationi, dispositioni, & provisioni Nostrae, & Sedis Apostolicae perpetuo reservamus.

Ecclesiae Sac. Domus in aliis Dioecibus sita sub jectantur Ordinationi jurisdictioni cu dependentia Congregationis.

Pontificia vero Pontifici reservantur.

§.6. Si quid vero circa praesentis nostrae Constitutionis observantiam, interpretationem, sive declarationem ullo unquam tempore contraverti, aut dubitari contigerit, id omne praefatae Congregationis, a Nobis, ut supra instituta, Judicio, cui propterea omnem desuper facultatem necessariam, & opportunam concedimus, & impartimur, declarandum, decidendum, definiendum esse, necnon quacumque appellatione, recursum, nullitatis dictione remotis, ab omnibus servandum omnino districte precipimus, & mandamus.

Jus declarandi hanc Constitutionem Congregationi tribuitur.

§.7. Decernentes praesentes Literas, etiam ex eo quod Episcopus, Capitulum, & Clerus, aut

Classis.

Ad futuram rei memoriam.

opportune provideri, & ut infra indulgeri de benignitate Apostolica dignaremur.

§.4. Nos igitur specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.Eccl. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium prepositorum consilio, conventionem, seu concordiam inter eodem Exponentes initam, ut presertim; confectionem desuper Scripturam preinfertam, cum omnibus, & singulis in ea contentis, auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis & Apostolicæ firmitatis robor adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Confirmata relata Concordia.

Clausula.

§.5. Decernentes easdem presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Provincia, & Ordinis predictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; Privilegiisque quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XIX. Aug. MDCXCVIII. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

CLXIV.

Confirmantur duo Decreta Ministri Generalis circa Hospitium in Coenobio de Ara Coeli de Urbe pro FF. Provinciarum Ind. Occidental. Ord. Min. S. Francisci de Observ.

Dat. 13. Aug. 1698. An. 8.

Ann. XI Const. ed. 1678, Maji 25, P. 2 agitur de habitatione Commissarii Gen. Terra Sancta in Civitate Neapol. Et Clem. XI Const. ed. 1712, Sep. 23, P. 12 de Hospitio S. Petri de Astantara de Portici Fratr. Discalc. Hispanie in Diocesi Neapolitana.

Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Nicolaus de Leon Frater expresse professor Provincie Sanctorum duodecim Apostolorum in Regno Peruvia Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum alias ipse, (qui, ut asserit Lector Jubilatus, ac Officii Inquisitionis dicti Regni Qualificator, necnon Causæ Canonizationis B. Francisci Solani, dum vixit ejusdem Ordinis professoris in Romana Curia Procurator, & Secretarius Generalis dicti Ordinis existit) ex elemosynis Provinciarum Indiarum Occidentalium ipsis Ordinis Hospitium quoddam in Conventu Sanctæ Mariæ de Ara-Coeli nuncupat, de Urbe Ordinis hujusmodi pro Religiosis dictarum Provinciarum privative ad alios construere intendere, eaque de Causa Ven. Fratri Bonaventura Pœrio Archiepiscopo Salernitan., qui tunc Ministri Generalis ejusdem Ordinis munere fungebatur, supplicem libellum super premissis porrexisset, tenoris, qui sequitur, videlicet: Reverendissime Pater, Exponitur humiliter Reverendis. Patern. Vestre pro parte Fratris Nicolai de Leon Lectoris Jubilati Sacre Inquisitionis Qualificatoris Excelsitatis, & Prioris Provincie XII. Apostolorum del Peru in hac Romana Curia Causæ Canonizationis B. Francisci Solani Procuratoris & actualis Secretarii Generalis Ordinis devoti P. V. Ruffi Oratoris, qualiter ruinam minante, & ex hac causa ab Architecto recognita, & vere ruinosa, & collabente reperta Cella, quæ a quinquaginta annis, & ultra infervierat, & usque modo infervit pro habitatione Procuratoris pro tempore supradictæ Causæ B. Francisci Solani, quod totum Reverendis. Paternitati Vestre patet: ad precavendam hujusmodi habitationis imminentem ruinam, Orator habito super hoc nedum præfate sue Provincie, sed & aliarum Occidentalium Indiarum, ac insuper boiemem: P. Juliani Camillas Prædecessoris, & Ruffi P. Antonii de Cardona actualis Indiarum Commissarii Generalis maturo consilio, & assensu, ac voluntate, habitationem ipsam demoliri decrevit, aliamque a fundamentis in amplio, & commodiore formam ex elemosynis earundem Provinciarum ad hujusmodi effectum collectis redigere, & erigere perpedit. Verum quia Provincie præfate elemosynas hujusmodi nullatenus profundere intendunt, nisi etiam, ut par est super hoc accedat consensus, confirmatio, & approbatio Vestre Paternitat. Reverendis, ac insuper quod novum ædificium, ejusque Cellæ perpetuis futuris temporibus stare, & infervire debeant pro habitatione dumtaxat Ruffi P. Commissarii Generalis Indiarum pro tempore, earundem Provinciarum Religiosorum, si & quatenus quacumque de causa, sive quomodocumque Romam accedere, & permanere contingat, ac insuper, quod ædificium ipsum sic erectum, ejusque Cellæ perpetuis futuris temporibus sub cura, & dispositione Ruffi Patris Commissarii Generalis Indiarum pro tempore existen. manere debeant, & in eo (casu, quo Romæ non adessent Religiosi predictarum Provinciarum qui primo, & principaliter in ipso domicilio ha-

Supplex libellus Secretarii Gen. pro construendo Hospitio, quod primo infervire debet FF. Indiarum Occident. deinde alii cum facultate Commissarii Gen.

Decretum d. Ministri Gen. quo annuit cū adjunctione poenarum in contravenientes.

habere debent, privative ad alios) nullus omnino cuiusvis gradus, dignitatis, & conditionis sive cuiuscumque Nationis, Familie, seu Provincie sit, inibi recipi possit, nisi ad effectum hujusmodi ab eodem Reverendis. P. Commissario Generali Indiarum licentiam, seu facultatem in scriptis exhibendam obtinuerit, hoc itaque totum humillime supplicat Orator per Paternitatem Vestram Reverendis. confirmari, approbari, & respective mandari, atque inhiberi; Ac insuper pro majori horum notitia, observantia, & executione, petit idem Orator a V. P. Reverendissima quatenus dignetur permittere, & mandare, ut eidem habitationi, sive Hospitio lapis superimponatur cum sequenti inscriptione, si ita in Domino sibi beneficium fuerit, Quod &c. = INSCRIPTIO. Ne habitationis inopia Religiosi ex Indiis Occidentalibus Romam accedentes hinc inde vagari cogerentur, Admodum R. P. F. Nicolaus de Leon Lector Jubilatus Sanctis. Inquisitionis Regni Peruani Qualificator Provincie XII. Apostolorum de Lima Excelsus, & Prior, necnon Canonizationis B. Francisci Solani in Curia Procurator, & Secretarius Generalis Ordinis, remota parvula, & poenæ collabente Cella, quæ vix Procuratori Causæ ejusdem B. Francisci Solani satis erat, ex elemosynis Provinciarum predictarum ad hunc effectum collectis, habitationem hanc, & Hospitium a fundamentis de assensu Superiorum Generalium extruxit an. Dom. 1697.

§.1. Idem Bonaventura Archiepiscopus tunc Minister Generalis super supplici Libello hujusmodi Decretum edidit tenoris, sequentis, videlicet: Fr. Bonaventura Pœrius Sac. Theologie Lector Jubilatus, ac totius Ordinis N. P. S. Francisci Minister Generalis, & Servus, necnon auctoritate Sanctis. D. N. Innocentii Papæ XII. Commissarius Apostolicus &c. Oratoris precibus, ut pote fraternæ, religioseque charitatis conformibus, ut Hospitium pro Religiosis Provinciarum Indiarum Occidentalium dumtaxat, & in eodem loco, ubi usque modo habitavit, & adhuc de presenti habitat Procurator Causæ Canonizationis nostri B. Francisci Solani (diruta prius, ac demolita antiqua Cella inibi existente) Hospitium in meliorem, atque amplio formam a novis fundamentis construendum, erigi possit vigore presentis Nostri Decreti facultatem, & assensum nostrum benigne indulgemus, & concedimus, atque adeo id exequi injungimus, & mandamus. Quandoquidem vero pro hujusmodi ædificio supradictæ Provincie Indiarum Occidentalium independentem ab aliis, elemosynas necessarias subministraverint: Ideo primo, & principaliter earum Religiosis Romam quacumque de Causa accedentibus Hospitalitati infervire debebit, quod firmiter observari precipimus: Pro tempore autem, quo earundem Provinciarum Fratres Romæ non reperirentur, pariter mandamus, ut in eodem Hospitio nullus quavis de causa, aut motivo, cuiusvis Nationis, Familie, vel Provincie, sive cuiuscumque gradus, dignitatis, & conditionis existat omnino ad cohabitandum recipiatur, nisi a P. Reverendis. Commissario Generali Indiarum (cujus Hospitii curam, & dispositionem committimus) facultatem, & licentiam in scriptis exhibendam, ad hunc effectum obtinuerit: *sub poenis Proprieta-*

riorum, vocisque active, & passive ipso facto incurrendis, aliisque gravioribus ad arbitrium P. Superioris Generalis, tam aliter, quam ut presertim permittentibus, quam respective sustinere pretendentes: Itaque semper ex nunc, & in futurum, ut æquum est, pro Fratribus earundem Provinciarum, quæ elemosynas subministraverunt primo, & principaliter, privative ad alios Hospitium ipsum stare, & infervire debeat. Præterea ad majorem hujus determinationis nostræ observantiam, & sustentiam, libenter concedimus, Lapidem cum suprascripta, sive alia clariori, idem tamen, referente, inscriptione, eidem Hospitio superimponi. Permittentes Oratori, si & quatenus opus fuerit ad majorem validitatem, & efficaciam, ut prædictorum omnium, & singulorum a Sancta Sede Apostolica Bullam confirmationis procurare, & obtinere valeat. Quibuscumque non obstantibus &c. Datum Romæ hac die 25. Februarii 1697. = F. Bonaventura Pœrius Magister Generalis, & Commissarius Apostolicus = Loco & Sigilli. De Mandato sue Paternitat. Reverendis. Fr. J. Maria de S. Cruce Secr. Generalis Ordinis.

§.2. Subinde vero cum idem Nicolaus dilecto filio Matthæo a Sancto Stephano moderno Ministro Generali Ordinis predicti exposuisset, se Hospitium predictum jam construxisse, ac proinde toto Decreti supradicti tenore inserto eidem supplicasset, ut illud confirmare dignaretur: Emanavit ab eodem Matthæo Ministro Generali aliud Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Fr. Matthæus a Sancto Stephano Sac. Theologie Lector Jubilatus, ac totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis &c. Attentis Oratoris precibus in hoc retroscripto libello ad nos directo contentis, eidem omnino annuendum esse censuimus. Hinc est, quod insertendo vestigiis Reverendis. P. Bonaventura Pœrii, nostri in officio prædecessoris supra insertum Decretum, ab illo summa maturitate, ponderositate, & prudentia factum, tenore presentium approbamus, ratihabemus, & confirmamus, præcipientes in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub poenis in eodem contentis, omnibus nobis subordinatis Prælati, & Subditis, ne illud quovis modo infringant, vel infringi permittant, sed inviolabiliter observent, & taliter faciant observari. Datum Romæ ex Ara-celi die 21. Septembris 1697. = Fr. Matthæus a S. Stephano Minister Generalis = Loco & Sigilli. De Mandato sue Reverendis. Paternitat. = Fr. Jo. Maria de S. Cruce Secretarius Generalis Ordinis.

Decretum al- tecum Mini- stri Gen. quo relatum confirmatū fuit post contru- ctum Hospitium.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio sub- jungebat, predictus Nicolaus Decreta hujusmodi quo firmius subsistant, & seventer exactius Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti summopere desideret: Nos ipsum, Nicolaum specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præ-

Preces præ- Secretarii Gen.

Confirmatio relatorii De- cretorum.

infecta cum omnibus, & singulis in eis contentis, & expressis, auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint supplemus.

Clausula.

§.4. Decernentes easdem presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis, Provinciarum, & Conventus prædictorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegii quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S.Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die XXIII. Aug. MDCXCVIII. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

CLXV.

Dat. 30. Aug. 1698. An. 8.

Confirmatur restitutio quatuor Assistentium Generalium Ordinis B.M. Virginis de Monte Carmelo.

Inn. XI. Const. ed. 1682, Jan. 12, P. 6 prohibita fuit electio Sociorum pro Congregatione Mantuana. Et Clem. XI. Const. ed. 1711, Nov. 10, P. 11. redudantur Graduati pro Provinciis Italis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Ab Alex. VII. instituti fuerunt Assistentes, & ab hoc Pontifice restituti.

Alias postquam quatuor Assistentes Generales Ordinis Fratrum Beatæ M. Virginis de Monte Carmelo non ita pridem in vim cujusdam Decreti a fel. rec. Alexandro Papa VII. Prædecessore nostro editi in eodem Ordine introducti; auctoritate Apostolica primum quidem ob certas tunc expressas causas ad tempus suspensi, ac subinde in perpetuum aboliti, ac suppressi fuerant: Nos ex commisso Nobis divinitus Pastoralis sollicitudinis munere ad ea, quæ felici prosperoque Ordinis prædicti regimini, & gubernio magis conducibilia esse poterant, jugiter intendentes, audita hac in re Sententia Capituli Generalis Ordinis hujusmodi novissime in hac Alma Urbe celebrati, ipsos Assistentes Generales juxta formam in prædicto

Alexandri Prædecessoris Decreto præscriptam in perpetuum restitui, adeoque ad eorum electionem in eodem Capitulo Generali deveniri demandavimus, & alias, prout in Decreto jussu Nostro desuper emanato uberius continetur.

§.1. Cum autem sicut dilectus filius Procurator Generalis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit, in executionem mandati Nostri hujusmodi perpetua dictorum Assistentium Generalium restitutio, eorumque canonica in Capitulo Generali prædicto electio secuta fuerint; Hinc est quod Nos firmiori præmissorum robori, & efficaciam providere, dictumque Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac tam primordisti, quam secundo dicti Decretorum tenores, & alia quæcumque etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirunt presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, supplicationibus ejusdem Procuratoris Generalis nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, perpetuam prædictorum quatuor Assistentium Generalium restitutionem, eorumque electionem, in memorato Capitulo Generali jussu nostro factas, ut præfertur, auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, supplemus.

Proces Procuratoris Gen. post Assistentium electionem.

Confirmatio restitutionis & electionis Assistentium.

Clausula.

§.2. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegii quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus, pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die XXX. Aug. MDCXCVIII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CLXVI.

Dat. 5. Sept. 1698. An. 8.

Confirmatur Decretum Congr. Episc. & Reg. pro executione alterius Decreti, & Constitutionis Clem. X. circa alternativam Officiorum in Provincia Cantabriæ Ord. S. Francisci de Observ.

Const. ed. 1696, Jan. 7, P. 5. Et Const. ed. 1698, Oct. 6, P. 8. agitur de alternativa in Provincia Januensi Reform.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Alternativa prædicta fuit a Congr. an. 1671, & a Clem. X.

Nuper pro parte dilecti filii Joseph delas Barzenas Fratris expresse professi Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposita, quod licet in Provincia Cantabriæ dicti Ordinis, quæ quatuor Nationibus, nempe Montana, Alaba, Guipuzcoa, & Bizcaya constat, introducta esset alternativa Officiorum, itaut Minister Provincialis pro uno triennio eligeretur ex una dictarum Nationum, Custos ex altera, sicque alternatim inter easdem quatuor Nationes, quarum quælibet suum Distinguitorem habere, cum suis Guardianis, Lectoribus, Prædicatoribus, Vicariis, Confessariis Monialium, Magistris Novitiorum, omnibusque aliis solitis Officiis dicti Ordinis, quæ æqualiter pro qualibet dictarum Nationum in eadem Provincia distribuerentur, ac alias, nempe die 11. Septembris 1671. memorata Congregatio Cardinalium alternativam hujusmodi, quæ (ut asserrebat) per tempus quinquaginta annorum, & ultra in dicta Provincia de Superiorum Generalium consensu pacifice inter prædictas quatuor Nationes servari consueverat, itidem in singulis ejusdem Provincie Capitulis de cetero celebrandis per suum Decretum desuper emanatum religiose servari mandavisset, & præcepisset, ac subinde fel. rec. Clemens Papa X. Prædecessor Noster Decretum hujusmodi per suas desuper insertas Brevis expeditas Literas confirmasset, nihilominus cum inter spectantes ad dictam Nationem de Bizcaya quædam repirerentur valles de Somorostro, Musques, Sopena, & alie Encartaciones de Bizcaya vulgariter nuncupate ab immemorabili tempore exemptionibus, & Immunitatibus (quas Fueros vocant) ipsius Nationis de Bizcaya gaudentes, ejusque gubernio subjectæ, ac ad illius Congregationes, dispositiones, & ordinationes convenientes non secus ac cetera ejusdem Nationis Loca, aliqui, tamen dictæ Valles ad prædictam Nationem Montanam, sive quoad participationem Privilegiorum, sive quoad gubernium, aut alias directæ, vel indirectæ, nullatenus unquam spectasset, nec ullus Religiosus ex Vallis hujusmodi ad prædictam Provinciam Provincialatum pro dicta Natione Montana a tempore quo præarrata alternativa in eam, ut præfertur, introducta fuerat, etiam antequam dictum Decretum, prædictæque Clementis Prædecessoris Literæ illius Confirmativæ emanassent unquam assumptus fuisset, in proximo futuro ejusdem Provincie Capitulo Provinciali, in quo juxta alternativam

hujusmodi Minister Provincialis ex præfata Natione Montana eligi debebat, illum ex Montana Valle de Somorostro, aut ex alia de Vallibus ad prædictam Nationem de Bizcaya spectantibus eligere intendebant: Et in eadem expositione subjuncto, quod id, si fieri contingeret, non aliud foret, quam dictam Alternativam invertere, sicque Jus alterius Nationis usurpare, ac lites in gravissimum pacis in dicta Provincia vigentes præjudicium excitare, atque hoc ipsum in contemptum prædictorum Decreti, & Literarum, cessurum esset, ac propterea pro parte dicti Josephi eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut quo inconvenientibus hujusmodi mature occurrere posset, præcipere dignaretur, sub pena nullitatis electionis eo ipso incurrenda, ne in proximo futuro Capitulo Provinciali prædicto, seu alias quodcumque ullus Religiosus ex parentibus in dictis Vallibus permanentes Domicilium, seu habitationem habentibus natus, & in illorum Ecclesiis baptizatus ad Provincialatum, seu alias prædictæ Provincie Officia ad prædictam Nationem Montanam juxta Decretum, & Literas hujusmodi spectantia, sed solum ad ea, quæ sunt dictæ Nationis de Bizcaya, quippe ad quam Valles prædictæ juxta authentica documenta dictæ Congregationi Cardinalium exhibita pertinere dignoscuntur, eligi, seu assumi valeret; Emanavit a prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet = Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito Patre Commissario Generali Curie censuit, ac decrevit, servandum Breve factum: Clementis X. sub nullitate electionis, aliisque penis arbitrio ejusdem Sacræ Congregationis infligendis, & Religiosos de Vallibus descriptis non comprehendendos sub alia Natione, quam sua de Bizcaya Romæ 11. Aprilis 1698. = G. Cardinalis Carpineus = I. D. Archiepiscopus Athenarum Secretarius.

Decretum prædictum quo etiam declaratur, ad quam rationem pertinet Religiosi dd. Vallium.

Proces Jo. Josephi de las Barzenas.

§.1. Cum autem sicut prædictus Josephus Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nomine patrocini communiti summopere desideret. Nos ipsum Josephum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis, super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti

Clausula.

§.2. Decernentes easdem presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos,